Ephraem Syrus; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite 234



ve est per ignaviam cadere coram adversariis, ipsisque succumbere. Resiste ergo urenti concupiscentiæ, ut flammam, quæ numquam extinguetur, effugere queas. Nam si nos passiones superarint, non recedent a nobis; quin & magis adversum nos insolescent. Audi eum, qui ait:
Proverb. 5. *Mel distillat a labiis mulieris fornicariæ, quæ ad tempus impinguat fauces tuas; postea vero felle amariorem invenies, & acutam magis gladio ancipiti.* Attende igitur tibi ipsi, ne gloria divini aspectus priveris: nam scriptum est:
Hebr. 12. *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctificationem, sine qua nemo videbit Deum.* Cui convenit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## CAPUT IV.

Ne admiseris consilium prave sentientium, qui dicunt: A quo die mortuus fuero, quid exspecto? eaque ad exacerbandum Dominum Deum, qui judicaturus est vivos & mortuos. Væ animæ obsequenti suspicioni huic. Væ homini sic sentienti. Consilium istud in mortis promtuaria obedientes sibi deducet. Hoc consilium a Deo separat, & ad Diabolum declinare facit. Tu autem tamquam fidelis pessimum consilium
Joan. 20. fuge; & noli esse incredulus, sed fidelis. Nam credimus post mortem esse
Hebr. 1. judicium & retributionem. Fidelis quippe est, qui repromisit: non enim injustus Deus, qui obliviscatur mercedem
Isai. 64. reddere his, qui in veritate servierint
1. Cor. 2. ipsi: sicut scriptum est: *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus ipsum.* Cupis autem, carissime, vim nosse sermonis? Considera, qualem gloriam etiam super terram acquisierint Sancti; sicut scri-
Proverb. 10. ptum habetur: *Memoria justorum cum laudibus, nomen autem impiorum extinguitur.* Tu vero, carissime, fidem habe iis, quæ in divinis Scripturis scripta sunt. Fuge autem sermones incredulorum: *depravata enim est illorum mens*
Tit. 1. *& conscientia. Confitentur se nosse Deum;*
Act. 12. *factis autem negant.* Cerne enim Herodem regali veste amictum, ac ad populum concionantem: sed quia non dedit gloriam Deo, Angelus Domini percussit eum, & consumtus a vermibus exspiravit, atque interiit. Si ubi virtutem fueris adeptus, aliquos adversum te suscitaverit honestatis inimicus, ut te affligant; ne pertimescas, neque

A παθῶν· ἀλλὰ χαλεπὸν τὸ ἐκ ῥαθυμίας καταπεσεῖν ἐξεναντίας τῶν ὑπεναντίων. Ἀντίστα οὖν κατὰ τῆς φλεγομένης ἐπιθυμίας, ἵνα διαφύγῃς τὴν μηδέποτε σβεννυμένην φλόγα. Ἐὰν γὰρ νικήσῃ ἡμᾶς τὰ πάθη, οὐκ ἀφίστανται ἀφ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ καὶ θρασύνονται καθ' ἡμῶν. Ἄκουε τοῦ λέγοντος· μέλι ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης, ἣ πρὸς καιρὸν λιπαίνει σὸν φάρυγγα· ὕστερον μέντοι B πικρότερον χολῆς εὑρήσεις, καὶ ἠκονημένον μᾶλλον ὑπὲρ μάχαιραν δίστομον. Πρόσεχε σεαυτῷ, ἵνα μὴ στερηθῇς τῆς δόξης τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ· γέγραπται γάρ· εἰρήνην διώκετε μετὰ πάντων, καὶ τὸν ἁγιασμόν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον. ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

## C ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ.

ΜΗ' ἀναλάβῃς τὴν κακοφρόνων βουλὴν τῶν λεγόντων, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀποθάνω, τί ἀπομένω; καὶ ταῦτα πρὸς τὸ παροργίζειν Κύριον τὸν Θεὸν τὸν μέλλοντα κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Οὐαὶ ψυχῇ τῇ πειθαρχούσῃ τῇ ὑπονοίᾳ ταύτῃ. οὐαὶ ἀνθρώπῳ τῷ οὕτως ἔχοντι. Αὕτη ἡ βουλὴ εἰς τὰ ταμιεῖα τοῦ θανάτου κατάξει τοὺς πειθο- D μένους αὐτῇ. αὕτη ἡ βουλὴ ἀπὸ Θεοῦ μακρύνει, καὶ πρὸς τὸν Διάβολον ἐκκλίνειν ποιεῖ. Σὺ δὲ ὁ πιστὸς φεῦγε κακὴν συμβουλίαν, καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός. Πιστεύομεν γάρ, ὅτι ἔσται μετὰ θάνατον κρίσις καὶ ἀνταπόδοσις. Πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος· οὐ γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς ἐπιλαθέσθαι τοῦ μισθοῦ τῶν δουλευσάντων αὐτῷ ἐν ἀληθείᾳ· καθὼς γέγραπται· ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, E καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Θέλεις δὲ γνῶναι ἀγαπητὲ τὴν δύναμιν τοῦ λόγου; Κατανόησαι οἵαν δόξαν κέκτηνται καὶ ἐπὶ γῆς οἱ ἅγιοι· καθὼς γέγραπται, μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων, ὄνομα δὲ ἀσεβῶν σβέννυται. Σὺ δὲ πίστευε ἀγαπητὲ τοῖς γεγραμμένοις ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς. Φεῦγε δὲ τοὺς τῶν ἀπίστων λόγους. ἐξέσπασται γὰρ F αὐτῶν ὁ νοῦς καὶ ἡ συνείδησις· Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται. Ὅρα γὰρ τὸν Ἡρώδην φοροῦντα ἐσθῆτα βασιλικήν, καὶ δημηγοροῦντα πρὸς τὸν λαόν, καὶ ἀνθ' ὧν οὐκ ἔδωκε τὴν δόξαν τῷ Θεῷ, ἄγγελος Κυρίου ἐπάταξεν αὐτόν, καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυξεν. Ἐὰν ἐγκρατὴς γενόμενος τῆς ἀρετῆς, διεγείρει ὁ μισόκαλός τινας κατά σου πρὸς τὸ σε ἐκθλίβειν, μὴ δειλιάσῃς, μηδὲ

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0482
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg